

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Nepotibus spalatini S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

rimarum uirtutum officia discere. Nam hæ scholæ nostræ non solum doctrinæ & literarum, sed multo magis uirtutis et humanitatis officia esse debent. Est autem alumna aliarū uirtutū, pietas erga præceptores. De hac re plura scriberè, nisi scirem uos hæc præcepta & legere quotidie, & à uiro optimo patre uestro audire. Bene & feliciter ualete.

D.Iusto Ionæ, S. D.

Reuerende domine Doctor. Honestissimæ matrona coniunx tua, & de te & dulcissimis filijs ual de sollicita fuit, cum flumen largius intumuisse audiuissemus. Nam de amne Sala ante literas uestræ nihil audiuiimus. Gratā igitur rem & honestissimæ coniugi tue & nobis fecisti, quod literas de com moratione uestris in Salinis misisti. Nunc Deum æ ternum patrem Domini Iesu oramus, ut uos om nes incolumes reducat, feliciter constituta inter co mites Manseldie cōcordia. Hic Dei beneficio tran quillitas est, & ut sit diuturna Deus faciat. Adhuc etiam de cōuentu ad Danubium silentium est. Mor tem ducis Luneburgensis, boni principis, qui Deum uero pectore coluit, ualde lugemus. Deus seruet & regat cæteros principes, amantes Ecclesias Dei. Be ne & feliciter uale. Ultimo die Ianuarij.

Nepotibus Spalatini S. D.

Bene fecisti, quod auunculum uestrum de muta  
tione

sione gentilicij nominis cōsuluitis. Nam cūm sumus  
ma sit illius uiri & doctrina, & erga uos benevolen-  
tia, decet uos eius autoritatem facere plurimi.  
Cūm autem eadem de re mecum contulerit, duxi uo-  
bis breuiter meam sententiam perscribendam esse.  
Vetus est opinio, & quidem magnorum uirorum,  
nomina fatalia esse: id est, notas quasdam uel inge-  
niorum uel fortune esse, quae à Deo expetēda sunt.  
Sed est quædā pietas, retinere gentilia nomina, pra-  
sertim si nihil habeant incommodi. Mihi uero, con-  
tigisse uobis honestissimum cognomen Chiliani ui-  
detur. Sonus enim est satis cōcinnus: & uidetur ex  
Græco χίλια sacram χιλιαρός, ac propemodū cer-  
ti ordinis militem significat. Est autem hæc uite res-  
tio quæ in studijs uersatur, planè militia quædam,  
plena laboris & periculi. Quoties igitur paternū  
nomen ueniet in mente, cogitatibus uos hoc titulū  
ad laborem studiorum excitari. Hæc scripsi uobis  
de sententia auunculi, uiri optimi, ut primam ap-  
pellationem uobis commendarem. Turpe est fasili-  
dire nomina maiorū, qui cum laude fixerunt titu-  
los & nomina. Ideo ueterem appellationem iudico  
uobis retinendam esse. Valete.

Optimo uiro Guilhelmo Reiffen-  
stein S. D.

Forte his diebus uenit N. de quo uobis scripsi.  
Exposui